1658.

Zurakowski Zurakowskie de Donat

1659.

1660.

sibi non recipiendi nullasque moneti appellationes ac earum prosequutiones faciendo
premissaque omnia premissis simplicibus vel triplicatis cautionibus suspensionibus fatalis
Juris prescriptione Terminis bello conventionibus tum aliis omnibus Juris remediis et
defensis non subterfugiendi Hac sua presentis Justitione donationem et cessionaria ad pre-
missa omnia mediante.

Actum in Castro Præmisliensi Feria Quar-
ta post Festum Sctissimæ & Individuæ Tri-
18/VI nitatis proxima Anno Domini Millesimo sexcentesimo Trigesimoprimo.
1631 **Bolestraszicki Liberis suis Tutores Inscribit**

Comparens personaliter coram officio actisque presentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis Generosus
Samuel Swiatopełk de Grzedzie Bolestraszycki sanus mente et corpore existens
a Jenis ejusdem Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedens
Huic autem Jurisdictioni Castrensi Premisliensi quoad actum presentem attinet se cum
suis bonis suis generalibus omnibus totaliter et plenarie incorporando et subjiciendo pa-
lam libere ac per expressum recognovit Quia ipse mortalitatis suæ conscius
consultumque in cupiens Generosam Annam de Grzedzie cum Generosa Helizabetha de Goray
consorte sua legitima susceptæ filiæ suæ Necnon et aliis liberis suis divina fa-
vente clementia procreandis et bonis suis morte sua derelinquendis
prefatam Generosam Helizabetham de Goray consortem suam legitimam uti prima-
nam tutricem Illustres et Magnificos Christophorum Radziwiłłum Principem et
Ducem in Biercze ac Dubienki Ducem Exercituum Magni Ducatus Lituaniæ
Raphaelem Comitem de Lesno Leszczynski Palatinum Belzensem et Generosos
Ibignum in Osmolice et Bilgoray Sereniæ Joannem in Lasczow Sereniæ
Petrum et Christophorum de Goray Gorayskiis Tum Joannem de Oczeo
et Samuelem in Oczeo Sereniæ Baloro eisque liberis suis verum prefatis
filiæ suæ et in post divina favente clementia procreandis ac bonis suis omnibus
morte sua derelinquendis in Tutores Curatores Protectores et Patronos bo-
norumque suorum morte sua derelinquendorum administratores elegit facit constituit
et ordinat presentem Dans et concedens supranominatis Tutoribus et Curatoribus
precipue vero prædictæ Generosæ consorti suæ uti tutrici primariæ plenariam facultatem

et absolutam

et absolutam prædictam filiam suam ad Elocationem ipsius in matrimonium instituendi
educandi in matrimonium tradendi alios liberos divina favente clementia procre-
andos in timore Dei educandi bonis nonnullis instituendi et ætati eorum pro
arbitrio suo providendi bonaque omnia morte sua derelinquendi regendi guber-
nandi administrandi summasque pecuniarum quasvis levandi percipiendi de perceptis
quietandi aliaque omnia quæ veros et legitimos tutores de Jure spectant obeundi
et perficiendi Præterea prefatus recognoscens Generosus Samuel Swiatopełk
de Grzedzie Bolestraszycki Generosæ Helizabethæ de Goray consorti suæ legitimæ
dat et concedit plenariam facultatem et omnimodam potestatem Inscriptionem Contentam
ex his actis Castrensibus autentice demonstratam ad acta Terrestria Premisliensia quam
documque voluerint transferendi et transportandi quæ transportata tanta vale-
bit ac si per ipsum recognoscentem transportaretur

Idem Consorti suæ Donat

Comparens personaliter coram officio actisque presentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis Generosus
Samuel Swiatopełk de Grzedzie Bolestraszycki sanus mente et corpore existens a Jenis
ejusdem Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedens Huic autem
Jurisdictioni Castrensi Premisliensi quoad actum presentem attinet se cum suis bonis
suis generalibus omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere publice
ac per expressum recognovit Quia ipse bona sua omnia mobilia in auro argento
Plenodijs gemmis et summis peccaryis ære cupro stanno vestibus vesti-
mentis omamentis universis in quacunque materia et forma existentibus Necnon peco-
ra pecudes equos equiremque totamque suppellectilem domesticam post mortem sua reco-
gnoscentis derelinquendi cum omni eorumque bonorum Jure Domino proprietate hæreditate
titulo hæreditario cumque omnibus et singulis bonorum eorumque qualitatibus fructibus
proventibus redditibus emolumentis obventionibus ac quarum prerogativa nihil
expressum pro suis successoribus aut alio quosvis reservando seu excipiendo verum
prout premissa omnia et singula ipsemet recognoscens sibi habuit et possidebat ipsoque
concernebant ac eum serviebant Jam exprimit et de facto Generosæ Helizabethæ
de Goray consorti suæ legitimæ et ipsius successoribus dat donat ac titulo puræ meræ
perpetuæ et irrevocabilis donationis inscribit et assignat perpetuo et in æternum